

CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

1328, decembro, 9  
*avinza*

173

*En virtude dunha concordia previa, o cabido concédelle ao dobreiro Lourenzo Iáñez Periquiño e a dúas voces a metade dos bens de Matías Estévez.*

ACOu, *Escrituras* XIV, 81

*Noverint universi presentis seriem inspecturi quod nos Valascus Petri decanus auriensis et capitulum eius den, volentes servare compositionem et pactum quod fecimus cum Laurencio Iohanis Periquino duplario eius dem super possessionibus quas habemus a Laurencio Iohanis de Celeyroo per contencionem quam ipse nobis cum fecit super bonis Mathie Stephani olim canonici auriensis, damus et concedimus tibi Laurencio Periquino et duabus vocibus quas ipse nominaverit in vita sua medietatem omnium possessionum predictarum vel fructium nobis eis proveniencium ubicumque sint ut ipse et due voces post ipsem teneant eas et habeant ipsas (...) est et post mortem earum libere remaneant dicto capitulo. Et ne hoc in dubium veniat mandamus Alfonso Viviani canonico cancellario in ecclesia auriense ut faciat inde sibi quodam publicum instrumentum. Actum Aurie in dicto capitulo, ix<sup>a</sup> die mensis decenbris, era m<sup>a</sup> ccc<sup>a</sup> lxvi<sup>a</sup>. Presentibus Martino Fernandi, Alfonso Laurencii canonici, Gunsalvo Rella maiordomo dicti capituli.*

*Et eu Affonso Viviaez coengo d'Ourense e chanceler dessa cidade que a estas cousas presente foy e en mia p resença as fige escribir e este meu sinal y puge en testimonyo de verdade.*

*(sinal)*

*[reverso] Litera capituli.*